

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXLIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CXLIX.

HEINRICUS COMES FÜRSTENBERGENSIS CURIAM  
VENDIT CONSENSU FRATRIS SUI GOTFRIDI ET  
AGNETIS UXORIS.

ANNO MCCLXX.

*Ex Archivo Fürstbergensi.*

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, *Hainricus Comes de Urach Dominus in Fürstenberg.* amicitiam suam & omne bonum. Noverint universi presentes & posterius, quibus nosse fuerit opportunum, quod nos H. Comes de Virstenberg. Curiam nostram sitam apud Capellam Sancti Nicolai cum omnibus appendicijs, agris, pratis, jugeribus, & ceteris quibuscunque attinentijs, pleno jure manu libera vendidimus, pro summa pecunie XXX sex marc. argenti dilectis in Christo fororibus Ite Magistre, & Conventuj. dictis de domo patruj. ut autem predicta vendicio per nos libere facta ratificatio haberetur, consensum heredum nostrorum videlicet Domini Comitis Gotfridj fratris nostri Canonici Constant. Ecclesie. nec non honorabilis Domine Agnetis uxoris nostre, placuit adhiberi, de quorum manibus dicta Curtis cum suis prediis prefatis Ite Magistre & Conventui nobis presentibus, & volentibus, omni cessante Calumpnia, fuit libere resignata. Ne autem super hoc Contractu, juste vendicionis & libere, non foedali titulo, seu paterne hereditatis Justo patrimonio ipsis in posterum prejudicium aliquot generetur, predictam paginam postularunt, nostro

figillo & Comitibus Gotfridi & universitatis de Vilingen fideliter roborari. Acta sunt hec anno ab Incarnatione Domini M. C. C. LXX. post festum Purificationis Beate Marie Virginis. & hii testes huius rei Wnh. patruus. Cunradus Stahellinus. Senior. H. Villicus de Gruningen. H. de Vokkenhufen. H. Sollo Senior. Burk. Wand & filius suus: : Woller. Viricus dictus Bube. Burk. de Stokka. Bernh. Haimburg. P. dictus Herolt. Walth. der Nunnon. P. Scultetus. & Otto. & H. fratres sui. & alij quam plures, fide digni.



## C L.

D. DE ROTINBERC HOMINES ABBATIE S. BLASII  
IN RIEDEREN A JURISDICTIONE SUA LIBEROS  
PRONUNTIAT.

A N N O M C C L X X.

*Ex autographo Abbatie S. Blasii.*

Omnibus hanc paginam inspecturis. Nobilis Vir D. miles de Rotinberc notitiam subscriptorum. Noverint omnes & singuli, quos nosse fuerit opportunum, quod dum Reverendi in Christo A. Abbas & Conventus monasterii Sancti Blasii & Magister dictus Spulo de Constant. Advocatiam villæ in Riederem à Nostris Nepotibus V. O. & L. Nobilibus de Rætelleim sumtibus suis legaliter conquississent. Et nos homines ejusdem ville ad Judicium nostrum ad Curiam Tegernowe quorundam persuasionebus minus bonis compellere niteremur,